



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

130. An per Bullam Cruciatæ sit dispensabilis omnis irregularitas quæ est  
pœna? Et doctrina hujus quæstionis est valdè notanda, & menti tenenda.

Ex p. 4. tr. 2. res.81.

---

ex delicto publico, vt bene Henricus lib. 7. de indulg. cap. 17. n. 3. quia Bulla non limitat ad delictum occultum, in quo Bullæ facultas, tum etiam & Commissarij, excedit eam quam habet Episcopus per Trident. sess. 14. cap. 6. de reform. quia ibi limitatur facultas Episcopis ad suspensiones, quæ ex delicto occulto proueniunt. Hoc supposito dico, quod circa propositum dubium negativè respondet Rodriguez in addit. ad Bull. Cruc. cap. 13. n. 59. quia id non potest commissarius, cuius potestas maior est ea, quam habet Confessarius per Bullam; ergo.

2. Sed ego affirmatiuè sententiæ adhaereo, quam tenet Medina in instruct. lib. 1. cap. 11. §. 8. Henricus lib. 7. cap. 3. numero 3. in gloss. lit. V. Auila de cens. part. 3. cap. 6. dub. 2. & Trullench. in Bulla Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 16. numero 3. & ratio est, quia Bulla absolute & simpliciter concedit facultatem absoluedi ab omni censura, & ex alia parte nec explicite, nec implicite excipit dictam suspensionem, ergo cum illa suspensio sit censura, comprehenditur in generali illa facultate absoluedi ab omni censura. Vnde suspensus ob malam promotionem ad Ordinem ante legitimam ætatem, poterit virtute Bullæ absolui, non tamen in Ordine ministrare ante ætatis complementum, quia absolutio suspensionis, non verò ætatis impedimentum tollere potest. Et ita hanc sententiã tenent Doctores citatos tenet etiam Cornejo in 3. part. tract. 1. de suspens. disput. 4. cas. 3. Dicendum est, quod virtute Cruciatæ possit Confessarius absoluerè ab omni suspensione, siue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud, siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue siue penaliter, siue nominatim, dummodo pars læsa modo possibili sit satisfacta. Ita Trullench loco cit. qui etiam respondet ad argumentum de Commissario, & hanc etiam opinionem tenet præter citatos DD. Auila de cens. part. 3. disp. 6. dub. 2. vbi etiam notat, quod per privilegia concessa Societati Iesv potest quis absolui ab omni suspensione, & per consequens etiam à Confessariis nostræ Religionis. Notat etiam Auila ibid. & rectè, inuitum, vel absentem posse absolui à suspensione.

3. Notandum est tamen hic obiter, suspensionem hanc à Pio II. non extendi ad Episcopos ante ætatem ordinatos, vt patet ex ipsa Bulla præter generalem regulam, qua excluduntur ab his pœnis Episcopis, nisi specialis eorum mentio fiat, ex c. quia periculo sum, quest. 15. c. 12. §. 3. n. 15.

RESOL. CXXIX.

An Confessarius habens facultatem generalem absoluedi a censuris, verbi gratia per Bullam Cruciatam, possit absoluerè a suspensione contracta ob defectum rituli secretionis opinionem aliquorum, vel ob malam Ordinum suspensionem?

Et an hoc possit fieri siue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud, siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue generaliter, siue nominatim; &c?

Et an Confessarius hoc facere possit non solum virtute Bullæ, sed etiam privilegiorum?

Et an, si supradicti cum dicta suspensione, celebrant, possint obtinere dispensationem ab irregularitate incursum Bullæ Cruciatæ? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 115.

1. Hæc casus frequenter solet accidere, & negatiuam sententiã docet Henricus lib. 7. cap. 13. numero 3. Rodriguez in summ. tom. 1. cap. 164. numero 3. & in addit. ad Bull. Cruciat. §. 9. numero 59.

Vegha in summ. tom. 2. cap. 15. cas. 8. & in specul. tom. 2. cap. 14. numero 41. & alij. Ratio est, quia Pontifex magna cum difficultate huiusmodi absolutio-nem confert. Secundò hæc facultas non conceditur Commissario; ergo sequitur non concedi Confessario.

2. Verùm, vt ego alibi etiam ostendi, sententiã affirmatiuam probabilissimam & tutam in praxi esse existimo, quam præter Doctores, quos citat Henricus lib. 7. capite 13. numero 3. in glossa lit. Y & Z, tenet etiam Ledesma in summ. tom. 1. de sacram. Ordin. capite 7. dub. 1. Garfias de benefic. tom. 7. part. 2. capite 5. numero 49. Bonacina de sacram. Ordin. disp. 8. questio unica. punct. 1. numero 49. & nouissimè Hurtado tractatu de suspensione difficul. 12. numero 33. & Agidius de Trullench in exposit. Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. capite 2. dubio 15. numero 3. vbi cum Auila absolute tenet virtute Bullæ posse ab omni suspensione absolui, quia Bulla absolute & simpliciter concedit facultatem absoluedi ab omni censura, nec implicite excipit dictas suspensiones. Ergo cum tales suspensiones sint censura, comprehenduntur in illa generali facultate absoluedi ab omni censura. Ad argumenta verò contraria responderet; & ad primum dico, Summum Pontificem magna cum difficultate dispensare in vtroque foro, Confessarium verò in casu nostro absoluerè tantum in foro conscientie. Ad secundum dico quod ex eo quod facultas hæc non conceditur Commissario, non sequitur non concedi Confessario, nam hæc due facultates distinctæ sunt, & à diuersis non fit illatio. Dicendum est igitur virtute Bullæ Cruciatæ posse Confessarium absoluerè ab omni suspensione, siue in Sacramento Pœnitentiæ, siue extra illud, siue suspensio sit à iure, siue ab homine, siue generaliter, siue nominatim, dummodo pars læsa sit modo possibili satisfacta, quæ omnia valde notanda sunt à Confessariis, nam ex hæc opinione ex multis laboribus liberabunt pœnitentes, & omnia supradicta Confessarij Societatis Iesv, nostræque Religionis possunt facere, non solum virtute Bullæ, sed etiam privilegiorum, vt notat Hurtado & Layman tractatu 5. part. 5. capite 4. numero 3. in fine. Sed an supradicti cum dicta suspensione si celebrent possint obtinere dispensationem ab irregularitate incursum virtute Bullæ Cruciatæ, affirmatiuè respondet Petrus de Cornejo in 4. part. D. Thoma tractatu 5. de censur. disputatio. 6. questio. vltim. & DD. quos citauit in tractatu de Bulla Cruciatæ, resolutio. 27. licet contraria opinio sit communior & probabilior.

RESOL. CXXX.

An per Bullam Cruciatam sit dispensabilis omnia irregularitas, quæ est pœna?

Et doctrina huius questionis est valde notanda, & menti tenenda. Ex parte 1. tractatu 11. Resolutio. 27.

§. 1. Prima sententiã negat: ita Fabrus de Sac. Ordin. dist. 25. quest. 1. disp. 3. num. 55. Homobon de exam. Eccl. part. 1. tract. 5. cap. 6. quest. 36. qui citat Caietanum; Nauarrum, Maiolum, Sotum, Vivaldum, & Sayrum. Idem docet Auila de cens. part. 7. disput. 10. dub. 4. concl. 2. qui citat Villadiego, Lopez, & Martinum Ledesma. Hoc etiam docuit Villalob. in sum. tom. 1. tract. 16. dub. 2. numero 2. & tract. 21. dub. 9. numero 23. Acofta in Bull. quest. 48. Anronuc,

Ref. 3. & 4. post mensuram a veris, & tandem, & cursum in alius §§. eius non

Sup. hoc in Ref. præterita §. Sed ego ad medium, vers. Dicendum, & sup. lege doct. in.

Ref. 65. & aliarum eius non.

Sup. hoc in §. not. præterita prope finem, & in tom. 4. tr. 3. Ref. 38. §. 1. paulo post initium, à vers. Dico Secundo, &c.

Quæ nunc hanc sequetur. Et in aliis eius primæ not.

IN A  
Bnia.  
II. IV. V  
III

Antonij, in *Catechif. Neap.* l. 1. capite 25. numero 15. Sanchez in *sum. tom. 2. l. 6. capite 17. numero 43.* Mitanda in *Man. Pral. tom. 2. quest. 33. art. 11. concl. 3.* Parisius de *resign. benef. lib. 8. quest. 7. numero 214.* Zerola in *praxi Episc. part. 1. verb. irreg. numero 13. & part. 2. eod. verb. numero 7.* Llamas in *sum. part. 1. capite 12. §. 35.* Beja part. 1. cas. 17. Zecchius de *cas. refer. cas. 1. de irreg. numero 40.* Graffius de *cas. refer. l. 2. cap. 17. numero 35.* Sanctarellus de *Iubil. cap. 7. dub. 5.* Chapeauilla de *cas. refer. part. 1. cap. 4. dub. 5.* Toletus *l. 1. cap. 85. numero 7.* Suarez in *3. part. tom. 5. disp. 40. sect. 3. numero 3.* Filiucius *tom. 1. tract. 11. capite 1. numero 9.* Reginaldus *tom. 2. l. 30. tract. 2. cap. 3. sect. 3. numero 24.* Molina de *ius. tom. 4. tract. 3. disp. 80.* Henriquez *l. 14. c. 17. n. 4. in Gloss. lit. L.*

2. Et ratio est primò: quia irregularitas non est censura, vt patet ex *cap. quarenti, de verb. signific. Ergo non includitur sub nomine censuræ in nostra Bulla. Secundo, quia Bulla vtitur his verbis: Vt possint absolueri à censuris, &c.* sed irregularitas non absoluitur, sed dispensatur: ergo, &c. Tertio, quia ita habet stylus Curie, qui nunquam sub nomine censuratum includit irregularitatem. Cæteras rationes vide apud citatos DD.

3. Secunda opinio affirmat, & docet, Confessarium per Bullam Cruciatæ posse dispensare in omnibus irregularitatibus prouenientibus ex delicto. Hæc sententia, vt obseruat Ioann. de la Cruz, *vbi infra*, est communis in schola Dni Thomæ: & illam docuit in Academia Salmantina, Canus, & Orellana, Viri eminentissimi, vt obseruat Vegha, *vbi infra*, & postea illam etiam docuerunt Salonius, Aragon, & Bañes in *2. 2. quest. 64. art. 8.* Medina in *part. 2. quest. 98. art. 4.* Ledesma in *sum. tom. 1. tract. de cens. cap. 1. concl. 3.* Corduba de *Indulg. lib. 5. quest. 43. dub. 4.* Fernandez in *exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. §. 14. numero 1.* Vegha in *spec. Curator. tom. 2. cap. 12. numero 323.* & in *sum. tom. 1. cap. 15. cas. 8.* Conradus in *resp. cas. conf. part. 1. quest. 355.* Ludouicus Carbo de *legib. l. 8. disp. 5.* Carrillo in *itin. ordinan. scilicet. 4. cap. 4. numero 8.* Guttierrez in *99. canon. l. 1. cap. 37. numero 6.* Naldus in *sum. verb. irregularis, numero 25.* & ex Societate IESV Ioan. Salas de *leg. tract. 15. sect. 1. concl. 2. numero 16.* cum Soto in *4. dist. 22. q. 3. art. 1.* Nugno in *3. p. tom. 2. tr. de Bulla, §. vlt.*

4. Et ratio est: quia aliqua irregularitates prouenientes ex delicto, dicuntur verè pœnæ, & censuræ: velut illa, quam contrahit celebrans, vel suscipiens Ordines in excommunicatione maiori, & similes. Patet hoc ex verbis, quæ habentur in multis Bullis, vt videre est in Bulla Pij IV. anno 1561. in qua conceditur Confessario facultas absoluedi ab excommunicatione, suspensione, & interdicto; & subditur; [Y de todas las censuras, y penas eclesiasticas.] Distinguantur igitur supradicti Doctores inter irregularitates: nam vel irregularitas, vt dictum est, imponitur pro delicto, vel imponitur propter significationem, & indecentiam, qualis est illa, quæ ex bigamia, vel ex sanguinis effusione incurritur. Primam irregularitatem per Bullam putant esse dispensabilem: secundam minimè.

5. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Prima opinio negatiua est probabilior. Secunda affirmatiua est probabilis: & ita illam vocauit nouissimè Vir doctissimus, Ioann. de la Cruz, in *direct. conf. p. 2. tr. de irreg. dub. 1. §. concl. 2.* & Rodriguez in *Bulla, §. 9. num. 29.* asserit, quòd sine scrupulo [puede ser consejada, y seguida.] Vnde, si aliquis illam tenere vellet, posset ad argumenta contraria sic respondere.

6. Ad primum, distinguendo: nam, si loquitur de irregularitatibus propter indecentiam incuris, verum est, quòd non includuntur sub nomine censurarum: factis autem, si loquitur de irregularitatibus ex deli-

cto prouenientibus; iam sunt veræ censuræ, vt dictum est.

7. Ad secundum respondet Vegha in *speculo, vbi supra*, sic asserens: [A cerca de la irregularidad, que in propriamente es pena pro culpa, bien puede el Confessor vltar deste verbo, Absoluo, y de luerte que diga: Ego te absoluo ab omni censura irregularitatis, imò quedaria neciamente: Dispensato tecum super irregularitate, si no es que à caso por especial comission del Prelado, le ayasido cometida dispensacion, como lo dizen Bañes, y Orellana.] Aliam solutionem huius argumenti inuenies apud Salonium.

8. Ad tertium respondet idem Salonius, non repugnare nostræ sententiæ stylum Curie Romanæ; quia Bulla valent, quod sonant; alioquin deciperentur fideles à Papa, quod nefas est suspicari, & irregularitates, de quibus loquimur, sunt censuræ, & pœnæ Ecclesiasticæ. Vel melius respondendum est, vt in simili casu respondet Fagundez Societatis IESV Theologus de *Prac. Eccl. tr. 2. l. 8. c. 8. n. 38.* quòd stylus Curie Romanæ fundatur in probabilitate contrariæ sententiæ; non autem tollit probabilitatem alterius.

9. Notandum est verò cum Salonio, *vbi supra, concl. vlt. ad arg. 6.* quòd talis sententia procedit etiam quoad alias Bullas, in quibus solum dicitur, vt possit Confessarius absolueri à censuris; & non additur vox illa: *A penis Ecclesiasticis.* Nam, vt constat, huiusmodi irregularitates reuert à sunt censuræ, cum Pius IV. vt supra diximus, in sua Bulla asseruerit, posse Confessarium absolueri à censuris, suspensionibus, & interdicto, [y de otras qualesquier censuras, y penas.] nec possit repeteri, præter excommunicationem, suspensionem, & interdictum, aliqua alia censura, quàm irregularitas, nullo modo negari potest irregularitates aliquas esse censuras.

## RESOL. CXXXI.

An aliqua species irregularitatis sit dispensabilis per Bullam Cruciatam?

Et nota doctrinam huius Resolutionis & prompè eam in mente tene. Ex p. 4. tract. 2. Resol. 81.

§ 1. Negatiuam sententiam docent Doctores, quos citauit in *p. tr. de Bulla Cruciatæ, §. resol. 27.* quibus nunc addo Ægidium Trullench in *exp. Bull. Cruciatæ l. 1. §. 7. c. 2. dub. 17. n. 5.* & seq. & hæc opinio est probabilior.

2. Sed ego ibi affirmatiuam sententiam probabilem esse dixi, & præter Doctores quos adduxi, tenet etiam hanc sententiam nouissimè Petrus Cornejo in *3. part. D. Thom. tr. 5. de censur. in genere, disp. 1. dub. 2. diff. 1.* Dicendum est igitur per Bullam tolli non posse eam irregularitatem, quæ est pura inhabilitas, & quæ est defectum leuitatis & representationis contrahit, qualis est bigamia, homicidium iustum, & illegitimitas. Neque tolli posse eam irregularitatem, quæ simul est pœna & inhabilitas, qualis est illa, quæ contrahitur ex homicidio iniusto voluntario, vel mutilatione; solum ergo per Bullam tolli potest irregularitas, quæ est pura pœna peccati, & ideo Cornejo loco citato *tr. 5. de irregular. disp. 5. dub. 1. quest. 12.* docet irregularitatem ex iteratione Baptismi posse tolli per Bullam Cruciatam in foro conscientie, & quando delictum est occultum, quia cum imposita sit, propter culpam, & non propter significationem, habet rationem censuræ, & pœnæ Ecclesiasticæ: à quibus absolui potest per Bullam Cruciatam. Item *disp. 6. quest. vlt.* docet per Bullam tolli etiam posse irregularitatem incursum ex violatione censurarum, vt si aliquis sit suspensus, excommunicatione, &c. vnde *disp. 16.* asserit, quòd si quis ante etatem ordinatus est, & celebravit vixit